Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Qvid sit peccatu[m] cap. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

LIBER TERTIVS.

De Pœnitentiæ Sacramento, & eius partibus in ſpeciali.

Quid ſit Peccatum.

Caput I.

QVinque de Pœnitentiæ Sacramento tractatur: Materia Forma, Miniſter, Pœ-

nitens, & Effectus. Materia illius
remota sunt Peccata. Peccatū vero
* eſt receſſus, à regula diuina volū-
tarius. Receſſus, quia peccatū eſt
deuiatio quædā. Per diuinam verò
regulā quodlibet præceptū intelli-
gi debet, ſcil. ſupernaturalę, vt de
fide habēda & Sacramētis. Natura-
le, quod omnia Decalogi Præcep-
ta cōprehēdit, Humanū quale eſt,
quod lege humana, vel ſuperiorū
obſeruantia nobis eſt præceptū, &
ad Dominū ordinatur.* (Volūta-
rius) tria importat: primū vt à vo-
luntate procedat. & imperetur:
*Secundū quod ſit ex deliberatio-
ne ac in noſtra poteſtate, nempe
vt liberum dicatur, non ex neceſ-
ſitate, vel vehementi paſſionis im-
pulſu. Tertium vt homo ſciat ſe
agere contra talem regulā: ſi enim
ignorantia inuincibili laboret, ex-
cuſatur à peccato.

De peccatorū differētia. Cap. 2